

V. fol. 66. p. 2. *Excarsum De Libro Beati Iohannis Constantinopolitani Episcopi Quem Scripsit de Reparatione Lapsi.* Initium: *Quia ualde magnum bonum est fratres nostri karissimi non solum sua propria sed et aliorum — deslere peccata.*

VI. fol. 68. p. 2. *De Reparatione Lapsi Gregorius Secundo Seruo Dei Incluso.* Initium: *Dilectissimo filio — dilectionis tuae litteras suscepi. que in meo sensu amoris melle condita sapuerunt &c.* Excerptum ex *Epistola L. IX. 52.* edit. *Opp. T. II. Paris. 1705. col. 964. f.*

VII. fol. 71. *Item Isidorus De Reparatione Lapsi.* Excerptum *Epistolae scriptae Massano, Masseno, Masoni, nobis Mansumi Episcopo, quae in Edit. Opp. Paris. 1601. p. 352. habetur, et Codici nostro conferri meretur. Ita post verba: fraternitas tua nobis innotuit, Noster ita continuat: Nulla est in huius modi sententiis decretorum diuersitas intelligenda. quod alibi legitur. in lapsu corporali &c. Ita Edita mox: satisfactio vel — confessio. Noster: et confessio. Edita: ut portet ignominiam — reuocari secundum Prophetam &c. Noster interferit: id est debonationem nominis suae dignitatis. Ergo dum quisque post opera confessionis (confusionis?) suae confunditur. atque ignominiam depositionis suae lugens cum humilitate portauerit reuocari &c. Edita: qui confessus fuerit, Noster: qui conuersus. Et alia minutiora. In verbis: siue*

pristinæ dignitatis recipiet meritum, abrumpitur Excerptum.

VIII. fol. 74. *De Libro Sancti Iohannis Constantinopolitani In Euangelio Mathei. Ne Nimis Crudelis Sit Sacerdos In Iudicio Aliorum.* Initium: *Alligant autem onera grauia et inportabilia &c. Sumtum ex Homilia XLIII. Operis imperf. in Matth. edit. Montefalc. T. VI. p. CLXXXIII. Ex eodem Opere adhaerent etiam alia fragmenta. Postremum est quaedam pro Virginibus ad Deum Deprecatio, alia manu et quidem antiquiore exaratum.*

CCXIII. VII. H. 39.

Codex membraneus lat. Sec. 7¹⁷ XV. Folior. 212. 4. per duas columnas exaratus, rubricisque distinctus complectitur: I. *Commentaria in Euangelium Matthaei* falso a quibusdam olim Iohanni Chrysof. inscripta, et T. VI. *Opp. mox dicti Patris edit. Maur. addita. In Cod. praesenti absque ulla inscriptione ineunt: Sicut referunt Matheum conscribere euangelium &c. Divisio hic in Homilias nulla. Sola Evangelistae Capita indicantur. Post verba in Caput VIII. quia nec apostoli tantam fidem habuerunt, monet Rubrica: Explicit prima pars ubi notandum. quod hec prima pars huius voluminis non est integra. Deficit enim ab hoc loco scilicet. Non inueni tantam fidem in israhel usque illud scilicet a capitulo VIII usque ad XIX. Sic et pater meus. Incipit secunda pars scilicet a de-*

cimonono capitulo. Notant *Mauriani T. cit.* p. CIV. eundem hiatus esse in *Cod. Carthuf. Vallis Dei.* Initium *Partis II.* five *Homiliae 32.* *Quantumcunque gratuitum et utile sit &c.* Abrumpitur Opus in his *Homiliae 46.* in *Caput 23.* verbis: *Si quis autem misterium hoc per illum putat impletum quod in actibus apostolorum legitur.* Quod idem *Codices Vallis Dei* fatum est, ut adeo Noster ex eo profectus esse videatur. Vide plura *Cod.* seq.

II. *fol.* 164. ut e calce praeoccupo, sequitur: *Sermo crisostomi cum ageretur in exilium.* Initium: *Multi quidem fluctus et unde immanes &c.* Novam hujus Orationis e Graeco versionem adornarunt *Mauriani*, cui tamen et veterem nostram subjungere, quod, ut ajunt in *Monito* praevio *T. III.* p. 414. quaedam complectitur, quae in Graeca serie non comparent. Eorum clausulam: *pro his gratias agamus deo, cui gloria in saecula saeculorum. Amen.* Codex noster non habet.

III. *fol.* 165. p. 2. Incipit epistola eiusdem ad *Cyriacum coepiscopum relegatum similiter in exilium.* Initium: *Age iam iterum ut vulnus accidie in te exhauriam &c.* quod graecum est: *Φεγε δι παλιν ἀπαντησω της ἀθυμιας το έλκος &c.* Ex alia versione legitur *T. cit.* p. 667. ubi ejus *γνησιότης* a *Montefalconio* in *Monito* praevio contra duos *Anglos* defenditur. *Cucusum*, unde data est Epistola, in *Cilicia* collocat Exemplum nostrum, atque in fine *Epis-*

tolae haec adtextit, quae in *Edit.* neque graece, neque latine habentur: *Qui credit domino, timet supplicium, qui timet supplicium, abstinet a vicijs, qui abstinet a vicijs, sustinet tribulaciones, qui sustinet tribulaciones, habet spem in deum, cui vero est in deum spes, separat mentem ab omni terrena affectione. Mens vero que est a terrena affectione et vicio separata, habebit in deum caritatem. Nescio, unde depromptus hic σωζειται, neque enim ad Epistolam pertinere videtur.*

IV. *fol.* 167. p. 2. Incipit sermo eiusdem post reuocationem de exilio. Initium: *Moyse magnus ille dei famulus &c.* Extat *T. cit.* p. 411. latine tantum; nondum enim graece repertus, genuinus tamen. Titulus noster peccat; non enim tunc *Johannes* ab exilio, sed ex *Asia* redierat, ubi Ecclesiam *Ephesinam* composuerat, deturbaratque simoniacos Episcopos.

V. *fol.* 169. p. 2. Incipit sermo eiusdem tempore eodem. Initium: *Quid dicam. quid loquar. Benedictus deus &c.* *T. cit.* p. 426. habetur Versio haec antiquior, praemisso textu graeco cum recentiori versione. In *Monito* praevio *Montefalconius* ex tempore post reditum *Preneto* e *Bithynia* habitum autumat.

VI. *fol.* 170. p. 2. Incipit Omelia eiusdem de sancto *Penthecostes.* Initium: *Hodie nobis terra facta est celum non stellis de celo in terram descendantibus &c.* Inter spurias censa a *Front. Du-*

caeo et *Montefalconio* legitur T. III. p. 787. cum versione posterioris ad graecum exacta; vetus enim nostra in multis ab illo abit. Ita sub finem nostra de Principibus: *ingredientes limen ecclesie deponunt coronam. et crucem christi in suis depingunt frontibus. Foris arma. hic mysteria. foris scuta. hic sacramentorum celebratio.* *Theodosius* (Theodosii) *filius et pater Theodosius* (Theodosii) *religione ac pietate insignes* (inignis). *Ideo pro his omnibus gratias agamus domino per christum* &c. Graecum Θεοδοσιου υιος και ο πατης Θεοδοσιου non potest designare, nisi *Arcadium*, neque Versio nostra illud αωρω ήλικια exprimit, quod Chronologiae repugnat, et in Textum irrepsisse videtur.

VII. fol. 173. p. 2. *Sequitur eiusdem Omelia de penitencia.* Initium: *Prouida mente et profundo cogitatu cognoscere debent* &c. Item: *Sermo eiusdem de penitencia.* Initium: *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Dixisti magnam. edicito quantam* &c. Laciniae sunt e spuris in *Psal. L. Homiliis*, quas *Montefalconius* T. V. ad p. 572. inseruit.

VIII. fol. 177. *Incipit Prologus Aniani in Omelijs beati Iohannis episcopi de laudibus pauli.* Homiliae hae VII. ab *Anniano* Diac. *Celedensi* addicto quidem *Pelagii* erroribus, sed in hoc labore integre versato in latinum Sec. V. traductae habentur edit. *faepe cit.* T. II. a p. 475. Ini-

tium Prologi: *Domino sancto ewangelo presbitero Anianus salutem. Recenti experimento ego didici* &c. Initium Sermonis I. *Nil prorsus errauerit qui pratum quoddam insigne uirtutum* &c. Finis ultimi: *Oremus eciam ut ipsi quoque eisdem perfruamur bonis gratia et misericordia domini nostri* &c. Lectio fat castigata.

IX. fol. 204. *Incipit Crisostomus de compunctione cordis ad Sterlencium* (Στελεχιον). Initium: *Et quomodo potest fieri quod imperas o homo dei deo dicite Sterlency* &c. Est *Liber II.* hujus Tituli; prior enim *ad Demetrium* inscribitur. Noster nova versione sociatus extat edit. *cit.* T. I. p. 140.

CCXIV. VII C. 10

Codex membraneus lat. Sec. 167 XIV. Folior. 183. f. per duas columnas nitide scriptus, rubricisque decoratus exhibet I. *Commentarium in Evangelium Matthaei* Autore incerto, Arianorum et Anomoeorum erroribus implicito, qui non multo post *Theodosii* tempora hoc opus lingua latina scripsit, et fortassis ipsemet *Iohannis Chrysofomi* Archiep. Cplitani nomen, sub quo et in praesenti Codice comparet, ementitus est. *Homiliarum*, in quas inepte diuisum est, *elenchus* nobis initium facit, quarum XXXIX. habemus, cum in edit. *Mauriana Montefalconii* Opp. *Chrysof. T. VI. Paris. 1724.* a p. XI. numerentur LIV. cuius rei ratio mox